

4659 C. Iulius Eporedirigis¹ f. Magnus | pro L. Iulio Caleno² filio | Bormoni et Damonae³ | vot. sol.

Bourbon-Lancy (in Burgundia vetere, hodie dép. Saône-et-Loire; cf. ad N. 4656), non longe a Ligere fl. (XIII 2803 Hirschfeld vidit ectypum gypsaceum). — 1) Eporedirix Haeduus memoratus a Caesare b. G. 7, 59 seq. potest fuisse e maioribus huius. — 2) Fortasse hic Iulius Calenus Haeduus memoratus a Tac. h. 3, 53. — 3) Alius titulus eodem loco rep. (XIII 2806) dicatus est Borvoni et Damonae, iisdemque vindentur fuisse dicati XIII 2807. 2808.

4660 deae | Suli Mi[n]ervae | Sulinus | Matu[ri] fil. | v. s. l. m.

Bath rep. ad caput fontis calidi (VII 43 videt Huebner). Illo loco fuerunt Aquae Sulis memoratae in itinerario Ant. p. 486. Memorat hos fontes calidos Britanniae etiam Solinus 22, 10 (18), atque eos fuisse in tutela Minervae, scilicet Minervae Sulis. — Cf. etiam ad N. 5134.

4661 Priscus | Touti f. | lapidariu[s], | civis Car[nu]tenu[s] Su[li] | deae v. [s.]

Bath rep. (Haverfield Procès-verbaux du Comité des travaux hist. et arch. 1900 Ian. p. II).

Deae Suli (sic VII 40, 41) vel deae Sul Min. (VII 42) dedicati sunt etiam tituli eodem loco reperti VII 40—42, dea Sul. (sic) titulus rep. Alzey XIII 6266 cf. Ihm ann. Rhen. 83, 1887 p. 184 n. 551. In titulo Dacico III 4156 incertum est utrum eadem dea an Suleviae Germanorum (infra N. 4772 seq.) intellegendae sunt.

4662 Sul[e]viae¹ | Idennicae² | Minervae | votum.

Prope vicum Collias Galliae Narbonensis, non longe a Nemauso (XII 2974 ad exemplum Guiranii Nemausensis auctoris accurati). — 1) Sulliae traditur (deae Suleviae) dicatus est titulus Trevir Hettner Steind. d. Mus. Trier n. 109; Sulevia vel Suleviaibus dedicatos titulos habes infra N. 4772 seq.). — 2) Loci Eyssènes, hodie Seynes dicti nomen comparant regionis illius periti.

4663 Minervae | Belisamae¹ | sacrum | Q. Valerius | Montan. | e[x] v[oto].

St. Lázier in Aquitania (XIII 8 saepius descripta). — 1) Eidem deae videtur esse dedicatus titulus Celticus Vasione in Gallia Narbonensi rep., quem edidit Hirschfeld XII p. 162 (Σεγομαρός Οὐιλλονέος τουτίους Ναμανσατίς ειωδον Βηλησαμι σοσιν νεμητον . . .).

4664 p. s. d. d.¹ | Q. Eniboudius | Montanus $\overline{\sigma}$ ² | leg. III Italicae | ordinatus [e]x eq. | Rom.³ ab domino | imp. M. Aur. A[n]toni[no] Aug., aram posuit deo Abinio | l. m.

Villavecchia prope Nizzam, deinde Parisiis (V 7865 Mommsen vidit ectypum). — 1) Pro salute domus divinae. — 2) Centurio. — 3) Cf. supra N. 2653. — Eodem loco ab eodem homine ara posita est deo . . . oreaio. — Deo Abinio Aptae in Gallia Narbonensi posita est ara XII 6034.

4665 Adidoni et Augusto | Sex. Talonius Musicus d. s. p. p. (ab altera parte extat titulus Christianus).

Le Puy (XIII 4578 videt Hirschfeld).

4666 deo Alisano¹ Paullinus | pro Contedio fil. suo | v. s. l. m.

In agro Haeduorum loco dicto Visignot rep., iam in museo Sangermanensi,